Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26502
Copyright: Admont, Benediktinerstift

originali. et ergo eva stante et adam peccante
nascerentur cum originali. licet hec multas dubi-
tationes et non multum irrationabiles habeat in contrarium
de quibus nunc non est dicendum. Ad viii. ubi dicebatur
quod infectio originalis non possit imputari posteris
Ade ad culpam in quantum non est voluntarie consensum vel
factum quia non habet locum ratio infectionis originalis quantum
ad posteros Ade etc. Respondeo quod sicut ad gratie vel
iusticie est debitum aliquid non ratione persone sed generis
sicut successio in bonis paternis competit filio
non ratione persone sed generis. Sic et ad culpe est
imputabile aliquid non ratione persone sue sed generis sicut
exheredatio filiorum propter consensum a patre crimine
lese maiestatis. Sic habet se et culpa Ade ad
suos posteros tanquam crimen lese maiestatis divine
quod ipse commisit. et inde posteros suos bonis
originalibus exheredavit. que sola ratione
originis fuissent in eos ab adam hereditarie devo-
luta. Qualiter p[...] Adam iuste meruit sua
personali culpa pe[...]dere [...]nam totius humani generis.
Ad rationes que contra questionis quam querebatur. xxvi.
dato quod personalis culpa primi hominis
infecerit naturam. propter quod natura indiget sana-
tione. Verum adam illo peccato meruerit sibi et suis
posteris penam eterne dampnationis. ut propter hoc posteri
eius indigeant absolutione seu remissione illius
pene. Respondeo quod est et pro ad primum quod dicebatur quod
transgressio primi hominis non erat maximum peccatum
ex suo genere quia homicidium et talia maiora
sunt ex suo genere. et ita maxima pena non debe-